

& non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios, ac etiam Theaurarium, Clericos Praesidentes, ac Commissarios, aliosque Camerae hujusmodi Officiales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in qualibet instantia judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apostolica decernimus.

Executores hujus Constitutionis.

§. 6. Quocirca Venerabilibus fratribus Nostris Otiensibus, & Portuensibus Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiae Camerae praedictae generali Auditori per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quando, & quoties pro parte dictae Congregationis, seu pro ea Agentium requisitus fuerint praesentes literas, & in ea contenta quaecumque ubi, quando, & quoties opus fuerit, faciant integraliter observari. Non permittentes dictam Congregationem, seu pro ea Agentes hujusmodi desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, aut inquietari; Contradictores, & Rebelles quoslibet per censuras Ecclesiasticas, aliaque juris, & facti remedia compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

Decretio contrariorum

§. 7. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri, quatenus opus sit, de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodo aliquis extra suam Civitatem, & Diocesim ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, nec non Simmachii, & Pauli II., ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, ac Pii IV. de gratis interesse Cam. Apostol. quomodolibet concernentibus infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera registrandis, & in illius libris insinuandis. Ita quod Congregatio hujusmodi, aut alii ejus Ministri ad illa insinuandum non teneantur, & nihilominus praesentes literae eandem firmitatem obtineant, ac si in dicta Camera infra tempus ad id praefixum insinuata, & registrata fuissent. Nec non nostra, & Camerae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non praedictae Lateranensis, ac quarumvis aliarum Urbis Basilicarum, vel piorum locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, illis, illarumque Capitulis, & Canonicis, ac aliis Superioribus, & personis, etiam Consistorialiter, ac cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, ac aliis efficacissimis, & insolitis clausulis in contrarium forsitan quomodolibet concessis,

approbatis, & confirmatis, ac innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, latissime hac vice harum serierogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quod omnes, & quicumque cujusvis nationis, dignitatis, & excellentiae, etiam Regiae fuerint, qui de cetero perpetuis futuris temporibus in Sacram Collegium dictae S.R.E. Cardinalium per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros cooptabuntur, si praesentes statim quam Cardinales creati, si vero absentes fuerint, in actu susceptionis Bireti rubei, jura per eos ratione Annuli Cardinalitii, et si illum non receperint, Camerae Apostolicae debita, praedictae Congregationi, seu ab ea Deputatis realiter, & cum effectu persolvere teneantur.

Quando Annulli emolumenta sint persolvendi.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum revocationis, cassationis, extinctionis, annulationis, donationis, concessionis, assignationis, declarationum, absolutionis, inhibitionis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Clausula penales.

Datum Romae apud S. Mariam Majorum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, decimo Kalen. Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.
V. DAT.
Felicianus Paulus.
S. de Ursinis.
Registrata in Secretaria Brevium.

Dat. die 22. Junii 1622. An. II.

L X.

Impositio Subsidii ducentorum millium scutorum a Regni Portugalliae Ecclesiasticis Regi persolvendi pro defensione Indiarum Orientalium contra invasiones Haereticorum, atque Infidelium.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiae specula, nullo licet meritorum suffragio, immensa Dei, & Domini nostri benignitate constituti, intra mentis nostrae arcana attentius considerantes, principes, & potestates tenebrarum, adversus quos Ecclesia Sancta assidue colluctatur, ad ejusdem Ecclesiae ruinam, & catholicam Religionem excidium incessanter vigilare, non possumus totis visceribus non commoveri, & licet cer-

Proemium.

certam spem, & fiduciam habeamus in Domino Deo exercituum, qui sponsam suam Ecclesiam sanctam sub umbra manus suae protegit; Cogimur tamen juxta creditum Nobis desuper apostolica servitutis officium in id omni cogitatione, omnique cura incumbere, ut provisionis nostrae ministerio, non solum oves Christi adversus rapacium luporum insidias communitate secura tranquillitate reddant Domino abundanter fructus suos, sed etiam in omnem terram Verbi Dei sonus exeat, & nomen illius cum felici ejusdem religionis propagatione, ubique gentium collaudetur, & glorificetur, unde Nos super his jugiter solliciti, Catholicorum Regum vota, vias, & modos exquirentium, quibus nefarios hostium ipsius fidei ausus reprimere, & dissipare, & hac ratione infideles ipsos ex infidelitatis tenebris ad veri Dei agnitionem adducere, fideles vero ab infidelium invasionibus, rapinis, & servitute liberare valeant, libenter, & merito amplectimur, & officii nostri partes ad tam Sanctum, & Deo acceptum opus congruis, quantum fieri possit, ad id suppeditatis auxiliis favorabiliter interponimus, aliaque facimus, statuimus, & ordinamus, prout rerum, temporum, & locorum qualitatibus debite pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Philippus Rex Haereticorum atque Infidelium invasiones in Indis Orientalibus recenset.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, & Algarbiorum Rex Catholicus, quod susceperat per nationes septentrionales diabolica haesum fraude seductas a multis annis citra in Indis Orientales navigatione, ex lucro inde facto, ditiores, & potentiores redditae, non solum ingentem navium multitudinem comparaverunt, & nonnulla propugnacula in illarum partium majoris momenti Portibus occuparunt, sive construxerunt, sed etiam ad loca, & propugnacula per eundem Philippum Regem in eisdem partibus acquisita, occupanda animam adjecerunt, neque eas tot classes, & arma tam in eisdem Indiis, quam Regni Portugalliae partibus cum immensa patrimonio ipsius Philippi Regis expensa ad hunc finem instructa debellare potuerant, immo illae praevulnerunt, praesertim post occupatum a Persis earumdem nationum auxilio sussultis propugnaculum de Ormus, ita ut nisi de opportuno remedio provideatur, evidentissimum periculum adsit, ne caetera ejusdem Philippi Regis loca, & propugnacula ibidem existentia amittantur.

Quibus replectendis eam sit impat;

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, idem Philippus Rex proprium ipsius Regni Portugalliae patrimonium praemissorum occasione vendiderit, gravissimum as alienum pro recuperandis, & conservandis locis, & propugnaculis praedictis, per quae tam cleri, quam populi ejusdem Regni Portugalliae utilitatibus, & commoditatibus, nec non Catholicorum in dictis Indiis partibus existentium salutis, atque securitati consulitur, contraxerit; contributiones vero generales dicti

Regni, & ultra summam ducentorum millium cruciatorum per dilectos filios Communitatem, & homines Civitatis Ulixbonen. eidem Philippo Regi ad hunc effectum donatam, non suppetant, ad ecclesiasticarum personarum subsidium confugiendum compellitur; Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Apostolicae Sedis auxilium implorat.

§. 3. Nos igitur licet ab ipso Pontificatus nostri initio nihil antiquius habuerimus, quam Ecclesias omnes, illarumque Praesules, & personas non solum ab omni exactiois molestia immunes praeservare, verum etiam quantum in Nobis foret, commodis, & honoribus afficere; animo tamen revolventes etiam ad Clerum, & Ecclesiasticos dicti Regni Portugalliae hujusmodi necessitates pertinere, ejusdem autem Regni opes ad tantam molem bellorum, quae in pluribus, & diversis locis contra christianis nominis validissimos, potentissimosque hostes geruntur, vix, ut praesertur, sufficere posse, & ad nostrum pastorale officium spectare pro ea, quae tuendi, & propagandi Religionem Nobis incumbit cura, & solitudine, non solum pias, & devotas supplices Catholicorum Regum preces benignis accipere auribus, verum etiam assiduis eorum laboribus, periculis, incommodis, & dispendiis, quae ad honorem Dei, & Catholicae Ecclesiae exaltationem indefesse praesertur, prospicere, peculiarium Ecclesiarum opes, atque redditus pro necessaria illarum, suorumque filiorum, & christianae, ac tam clericorum, quam laicorum cause, atque salutis defensione, & ipsius catholicae religionis augmento, larga manu suppeditari debere dignum, & justum reputamus; subsidium ducentorum millium scutorum monetae dicti Regni cruciatorum nuncupatorum pro una vice tantum solvendum ab infra scriptis personis ecclesiasticis, exigendum per collectores desuper deputandos, infra tempus Ven. Fratri Antonio Episcopo Vigilien. jurium, & spoliis Camerae Apostolicae in eisdem Portugalliae, & Algarbiorum Regnis Collectori Generali, ac duabus personis per eundem Philippum Regem, & Clerum dicti Regni, ut infra, nominandis beneficium, juxta vires etiam infra scriptarum personarum, & temporis congruitatem, dummodo tamen tempus quadriennii non excedat, tam pro recuperatione, tuitione, & custodia Oppidorum, & locorum, quae in dictis Indiis Orientalium partibus clarae memoriae Portugalliae Reges d. Philippi Praedec. Christianae Reipublicae sua virtute, & industria adjecerunt, & futurum ipse Philippus Rex non minori spei ardore, divina favente clementia adicere intendit, quam contra infideles, haereticos, vel schismaticos in dictis partibus existentes, sive ad offensionem, sive ad defensionem, & non pro aliis usibus, super quo ipsius Philippi Regis, ac Antonii Episcopi, & personarum hujusmodi conscientiam quaeramus, super omnium, & singulorum Cathedralium,

Gregorius subsidium bilium scutorum ab Ecclesiasticis intra quadriennium persolvendi concedit.

A Tribus Deputatis, quos inter Nuncius Apostolicus sit, exigenda.

Solvendum quae ab Ecclesiasticis, qui hic receleantur.

lium, etiam Metropolitanarum, Collegiarum, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Hospitalium, in quibus actu hospitalitas non servatur, & aliorum quorumvis Beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & Sancti Benedicti, Sancti Augustini Cisterciensis, Sancti Hieronymi, & aliorum quorumvis etiam ex privilegio, vel aliis certis fructus habentium, nec non Cassinensium, Sanctae Justinae, Sancti Salvatoris, Sancti Georgii in Alga, seu Sancti Joannis Evangelistae, ac aliarum Congregationum, etiam Canonicorum Regularium, & Collegiorum Regularium etiam Societatis Jesu; mendicantibus tamen certis, & perpetuis fructus non habentibus exceptis; etiam si secularia Canonicatus, & Praeben. portiones, dignitates etiam in cathedralibus etiam metropolitanis post Pontificales majores, & Collegiatis Ecclesiis principales, personatus, administrationes, & officia in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, aut Parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetuae Vicariae, Cappellae, Cappellanae perpetuae, praestimonia, praestimoniales portiones, & simplicia etiam servitoria Beneficia ecclesiastica; Regularia vero Beneficia hujusmodi Prioratus, Praepositurae, Praepositus, Praeceptorie, Dignitates, etiam Conventuales, Prioratus, administrationes, vel officia etiam si claustralia fuerint, & ad illa consueverint qui per electionem assumi, eisque cura imminet animarum, in quibuscumque Civitatibus, & Dioecesium, aliisque locis Portugalliae, & Algarbiorum Regnorum consisten., ac Capitularium, Conventualium, & aliarum mensarum, nec non Universitatum redditus Ecclesiasticos percipientium, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis ad eisdem Antonii Episcopi moderni, & pro tempore existentis Collectoris hujusmodi, ac duarum aliarum, unius videlicet per ipsum Philippum Regem, & alterius per universum Clerum ejusdem Regni nominandarum Episcoporum, seu Ecclesiasticarum Praelatorum post justam, & proportionabilem comparationem, & distributionem per ipsas facien. mandatum, & ordinationem Collectoribus, qui tamen persona ecclesiastica esse debeant, per eos deputan. per Venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos, & Episcopos, ac dilectos filios Abbates, Priores, Abbatissas, Priorissas, Capitula, Congregationes, & Collegia, Conventus, Praeceptores, Commendatarios, caeterasque personas ecclesiasticas seculares, & quorumvis Ordinum Regulares, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Praeceptorias, Praeposituras, Canonicatus, & Praeben., Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia, caeteraque Beneficia secularia, & regularia hujusmodi in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodolibet, etiam ut unita obtinent., itaque quicumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta sibi etiam loco pensionis annuae,

ac etiam pensiones annuas sibi super similibus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis etiam sub quovis exemptionis, & immunitatis a similibus, vel dissimilibus oneribus genere reservatas, & assignatas habentes, & percipientes pro rata veri valoris Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum super quibus pensiones hujusmodi reservatae, constituta, & assignata fuerint, contribuere teneantur, cujuscumque status, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, Venerabilibus tamen Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui pro Universali Ecclesia jugiter nobiscum laborant, nec non Militibus Hierosolymitanis, ac Clericis; qui unum, seu forsitan plura Beneficia ecclesiastica insimul valorem annum XL ducat. auri de Camera non exceden. obtinent, & apud illa, seu aliquid eorum personaliter resident, dumtaxat exceptis, annis singulis in certis locis, & terminis ad id per ipsum Antonium Episcopum modernum, & pro tempore existentem Collectorem praedictum, aliasque, ut praefertur nominandas personas statuen. integre persolven., & penes aliquem fidei, & facultatibus idoneum, seu alium ipsius Antonii Episcopi, & personarum arbitrio eligendum locum tutum, & securum realiter deponen., & ad ipsius Regis requisitionem, ac Antonii Episcopi, & personarum praedictarum mandatum in usum praedictum dumtaxat erogandum, apostolica auctoritate, tenore praesentium, imponimus, constituimus, & ordinamus.

§.4. Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Priores, & alias utriusque sexus ecclesiasticas tam seculares, quam regulares personas praedictas hortantes, illisque districte praecipien. mandamus, ut tota christianae charitatis propensione incumbentes hanc necessariam opem alacriter amplectantur, & libenti animo exequantur. Nos enim subsidium praemissum sic impostum, ut praefertur, exigi, deponi, infumi, & converti, ac Archiepiscopos, & Episcopos, Abbates, Priores, omnesque, & singulas alias personas, nec non Capitula, Congregationes, Collegia, & Universitates fructus ecclesiasticos in universa Portugallia percipien. ad illius contributionem pro rata teneri, & obligatos esse, censurisque, & poenis tam ecclesiasticis, quam pecuniariis ipsius Antonii Episcopi arbitrio imponen. quacumque appellatione, aliove subterfugio cessante, cogi, & compelli, & sic per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.5. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiscopo Bracharen., & Episcopo Colimbrien., nec non dilecto filio Inquisitori generali contra haereticam pravitatem in eodem

Ecclesiasticos monet, impostum subsidium alacriter persolvant.

Exequutor: hujusmodi Constitutionis designat.

dem Regno, apostolica auctoritate deputato mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quando, & quoties pro parte ipsius Philippi Regis, aut Antonii Episcopi, & nominandarum personarum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac quos ipsae literae concernunt, illis in omnibus parere, & obedire; Contradictores quoslibet per censuras, & poenas tam ecclesiasticas, quam necessarias suo arbitrio imponen., moderan., & applican., appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrarius tollit.

§.5. Non obstantibus pie memoriae Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis auctoritate praesentium ultra tres dietas ad Judicium non trahatur, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, aliorumque Regularium locorum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilitis, usibus, & naturis, ac tam praedictis, quam aliis immunitatibus, & exemptionibus per Nos concessis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis Ecclesiis, Monasteriis, Congregationibus, Collegiis, Universitatibus, Ordinibus, eorumque Superioribus, & personis praedictis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & in solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis etiam vim contractus inducentibus decretis in genere, vel in specie, & ad Imperatorum, & Regum instantiam, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac illis sufficienter, etiam ad hoc ut nulla prorsus immunitas, aliave quantumlibet consideratione, & nota digna exemptio cuiquam adversus praesentium tenorem suffragari debeat, derogatum esse declaramus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod ad subsidiorum hujusmodi solutionem cogi, aut interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac eorum per-

sonis, locis, ordinibus, & etiam propriis nominibus mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenoribus existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque toris tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quae quatenus praemissis advenientur, cuiquam nolumus ullatenus suffragari.

§.6. Caeterum, quia difficile foret, praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus expediens esset deferre, volumus, & apostolica auctoritate praedicta decernimus, quod earumdem praesentium transumptis alicujus Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Antonii Episcopi praedicti, aut cuiusvis in dignitate ecclesiastica etiam constituta persona munitis, ea prorsus fides in Judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Junii 1622. Pontificatus nostri Anno II.

sonis, locis, ordinibus, & etiam propriis nominibus mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenoribus existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque toris tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quae quatenus praemissis advenientur, cuiquam nolumus ullatenus suffragari.

§.6. Caeterum, quia difficile foret, praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus expediens esset deferre, volumus, & apostolica auctoritate praedicta decernimus, quod earumdem praesentium transumptis alicujus Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Antonii Episcopi praedicti, aut cuiusvis in dignitate ecclesiastica etiam constituta persona munitis, ea prorsus fides in Judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Junii 1622. Pontificatus nostri Anno II.

Transumptis credi jubet.

Dat. die 22. Junii 1622. An. II.

LXI. Odoardus Parmae, & Placentiae Dux in Consalonerium Sanctae Romanae Ecclesiae designatur.

Ex Regest. in Secret. Breu.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad futuram rei memoriam

AD Ecclesiae Romanae regimen, dispensatione divina, nostrorum nullo suffragio meritorum evecti, ex multis, & gravissimis curae nostrae oneribus praecipuum sollicitudinem merito illi impendere conamur, ut pacem, & tranquillitatem conservemus; Interdum enim hoste humani generis instigante, nonnulli adversus jus, & fas sese extollentes, terminos, quos posuerunt patres nostri, praerumpere, & Reipublicae statum improbe perturbare nituntur, & quod gravius est, sacra prophana miscere, & Deo resistere impiissime non verentur, qui dum arma spiritualia parvipendunt, temporalia provocant, quo fit, ut sicut illa adhibere per nosmetipsos non valeamus, ita etiam personis, quae ista pro re nata ad nutum nostrum tractare viriliter, fideliterque possint indigeamus. Quod sane munus quanti momenti, & quam in humanis praecipuum sit, hujus Sanctae Sedis mos, & institutum declarant: quippe quod non nisi viris fide, fortitudine, & nobilitate eximii illud committere consueverit. Quapropter Romani Pontifices Praedecessores Nostri pro sua prudentia, & sapientia ex multis principibus militaribus laudibus praestantissimum eligere soliti sunt, quem huic tan-

Exordium a necessitate justitiam armis administrandi & a laudibus Praefectorum petimus.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V. E

ta Provincia proficerent, ut non solum suo splendore illam exornaret, sed cum opus foret, suis partibus abunde satisfaceret, & exaltaretur per eum exercituum Dominus in potentia brachii ejus per arma justitiae virtutis Dei. Veros autem hujusmodi complures Praedecessores Nostri Romani Pontifices jamdiu divina aspirante gratia Romana in familia nobilitate, ac bellica virtute praecleara, Farnesia scilicet non semel reperierunt, eosque S. R. E. armorum potestatem summam gerere e republica ejusdem Ecclesiae esse compererunt. Quorum postremus bo: mer Raynuius Parmae, & Placentiae Dux fuit, parente genito bonae etiam memoriae Alexandro Duce singulari pietate, & rebus adversus Catholicam fidei hostes bello gestis tanta gloria claro, ut in expugnandis munitissimis Urbibus, & fortissimis hostibus devinciendis, antiquitati celebratissimis Imperatoribus non concedat. Ejus vero virtutem emulatus Raynuius quam patriis laudibus proxime incessevit, quamdiu Patris auspiciis militavit, rebus fortiter, ac sapienter a se gestis, satis ostendit. Eo nuper ex humanis a Domino evocato, licet superstitem nullum natum reliquerit, qui per aetatem muneri par esse possit, tamen dilectum filium nobilem adolescentem Odoardum Parmae, & Placentiae Ducem reliquit, qui tantum annis processit, ut brevi possit paternae, & avitae virtutis, pietatis praesertim, & erga Ecclesiam Romanam singularis fidei, & devotionis successorem sese praestare, ac nostrae, & omnium expectationi cumulate respondere. Id quod non patrium solum genus, ac praedicti Odoardi Ducis indoles, & educatio, sed etiam materna origo in Domino firmiter Nos sperare suadent: quippe quod ex Aldobrandina familia omni splendore decorata prodierit, in qua in regenda universali Ecclesia immortalis memoriae Pontificem Praedecessorem nostrum Clementem VIII. censemus, praeter complures Sanctae Romanae Ecclesiae laudatissimos Cardinales, & Praelatos, bello Duces, qualis fuit bonae mem: Joannes Franciscus Aldobrandinus Meldulae Dux praedicti Odoardi Ducis Avus, qui hujus Sanctae Sedis copias non semel pro fidei catholicae defensione ducendo, virtutis, & prudentiae militaris singulare specimen dedit, sibiq; & posteritati suae evimiam ad imitandum industriae, & roboris famam reliquit. Quamobrem ejus liberi divina favente gratia, paternis, aliorumque majorum laudibus domesticis incitati, atque exemplis tam Domi in Sacra Purpura, quam militiae contra hostes Religionis Catholicae militantis familiae gloriam non solum conservare, sed etiam amplificare feliciter adiuvantur.

§.1. Quibus, aliisque justis de causis animum nostrum moventibus, habita cum Ven. fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de illorum consilio, & unanimi assensu, motu proprio, & ex certa scientia Nostra, praedictum Odoardum Ducem,

Gregorius Odoardum Farnesii S. R. E. Confessorium creat.

quamdiu vixerit, nostrum, & ejusdem Ecclesiae Consalonerium, cum Jurisdictione praeminentis, honoribus, oneribus, libertatibus, immunitatibus, stipendiis, Juribus, & emolumentis debitis, & consuetis, auctoritate apostolica, tenore praesentium constituimus, & declaramus, ac officium hujusmodi ei toto vitae suae tempore modo, & forma praemissis concedimus, & assignamus: praedictoque Odoardo Duci ea, quae ad hujusmodi officium spectant, necnon omnia, & singula, quae nostram, & d. Ecclesiae dignitatem, & utilitatem quovis modo ipse pertinere, & fore opportuna cognoverit, quaeque alii quondam dictae Ecclesiae Consalonerii facere potuerunt, debuerunt, seu consueverunt, faciendi, exercendi, & statuendi.

§.2. Nec non in testimonium hujusmodi nostrae constitutionis, & declarationis super propriis insignibus, vel aliis quibuscvis rebus, necnon ubicumque, & quomodo cumque id sibi honori, & ornamento futurum existimaverit, aut quacumque etiam ratione liberit, Ecclesiae Claves cum Vexillis, & ornamentis per alios Consalonerios gestari solitas, gestandi, & illis utendi plenam, & liberam, auctoritate, & tenore praedictis, eidem facultatem concedimus, & impertimur.

§.3. Universis autem, & singulis Provincialium, Civitatum, Terrarum, & aliorum locorum dictae Romanae Ecclesiae subditorum Praesidentibus, necnon Baronibus, & Gubernatoribus quocumque nomine nuncupatis, ipsorumque locorum Communitatibus, Universitatibus, necnon Nostri, & dictae Ecclesiae stipendiis Militantibus Ducibus, & Militum Tribunis, ac copiarum Praefectis, ac praedictis Baronibus, atque aliis, ad quos id quovis modo spectat, districte praecipiendo mandamus, ut ipsum Odoardum Ducem ad hujusmodi Officium omni mora, & recusatone postposita, recipiant, & admittant, eique in iis, quae ad idem munus pertinent, pareant, atque obediant, ac in omnibus faveant, & assistant.

§.4. Volumus autem, ut idem Odoardus Dux, priusquam Officio hujusmodi fungi incipiat, de illo fideliter exercendo, ac de obedientia, & fide debita erga Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices, atque Ecclesiam praedictam servanda in manibus nostris, seu dilecti filii Ludovici tituli Sanctae Mariae Transpontinae Presbyteri Cardinalis Ludovisi nuncupati nostri secundum carnem ex fratre germano Nepotis, S. R. E. Camerarii, sive alterius personae ab eo deputandae, in forma solita praestet Juramentum.

§.5. Caterum eundem Odoardum Ducem per praesentes monemus, & in Domino hortamur, ut hoc munus ad Dei laudem, & gloriam, ac nostram, & ejusdem Ecclesiae dignitatem, & utilitatem tanto studio administret, ut Nos hujus deliberationis nunquam poeniteat, & conceptam de illius virtute expectationem optati fructus consequantur.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat

Eique, ut Ecclesiae claves cum aliis insignibus gestare possit concedat.

Eique parentum decretum.

Juramentum fidelitatis ab Odoardo praestandum.

Admonitio de benegerendo munere.

Clausula.

ceat hanc paginam nostrorum constitutionis, declarationis, assignationis, concessionis, impartitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 27 Junii 1622. An. II.

Pape subscriptio.

Ego Gregorius Catholicae Ecclesiae Episcopus.
Perfice gressus meos in semitis tuis.

Cardinalium subscriptiones.

- * Ego Antonius Cardinalis Santius Decanus.
- * Ego Franciscus Maria Cardinalis a Monte Episcopus Portuen.
- * Ego Alexander Cardinalis Montaltus Episcopus Albanen. S. R. E. Vicecancellarius.
- * Ego Octavius Episcopus Praenestinus Cardinalis Bandinus.
- * Ego A. tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Perettus.
- * Ego Dominicus Sanctorum Apostolorum Cardinalis Gymnastus.
- * Ego Carolus tituli S. Casarei Cardinalis Madrantius.
- * Ego S. tit. S. Chrysoconi Presbyter Cardinalis Burghesius.
- * Ego M. tit. S. Onofrii Presbyter Cardinalis Barberinus.
- * Ego Joannes G. tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Milin.
- * Ego F. tit. S. Augustini Presbyter Cardinalis Verallius.
- * Ego Joannes Baptista tit. S. Ceciliae Presbyter Cardinalis Lenius.
- * Ego R. tit. S. Martini in Montibus Presbyter. Card. Rivarola.
- * Ego Cardinalis Borgia tit. S. Crucis in Hierusalem.
- * Ego R. tit. S. Alexii Presb. Card. Ubaldinus.

- * Ego Gabriel tit. S. Bartholomei in Insula Presb. Cardinalis de Jeso.
- * Ego S. Presb. Cardinalis S. Susanna Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecarius.
- * Ego Guido tit. S. Mariae de Populo Presb. Cardinalis Bentivolus.
- * Ego P. tit. S. Salvatoris in Lauro Presb. Cardinalis Valerius.
- * Ego Itelius Fridericus tit. S. Laurentii in Panisperna Cardinalis de Zollerem.
- * Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis Cardinalis de Cremona.
- * Ego tit. S. Mariae in Via Card. Pignatellus.
- * Ego L. tit. S. Mariae Transpontinae Card. Ludovisus S. R. E. Camerarius.
- * Ego F. tit. S. Matthaei in Merulana Presb. Card. Sacratius.
- * Ego Marcus A. tit. S. Eusebii, Presbyter Cardinalis Goradinus.

LXII.

Moniales omnes Hospitalariae Regni Galliarum, exceptis his quae in Urbe, & Suburbis Parisiorum commorantur, Ordinariorum Jurisdictioni subjiciuntur.

Ex Regest. in Secretis Brevis.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Francisco Tituli Sancti Calixti Presbytero Cardinali de la Rochefoucault nuncupato salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad personam tuam, quam divina clementia magnis illustravit gratiarum.

Exordium: mu-

muneribus paterna dirigentes considera-
tionis intuitum, dignum, quin potius de-
bitum reputamus, ut vota tua, praesertim ad
prosperiores, & salubriorem Regularium
locorum directionem tendentia, ad exau-
ditionis gratiam libenter admittamus.

§. 1. Cum itaque pro parte tua Nobis
expositum fuerit, quod cum Monasteria
Monialium Hospitaliarum nuncupatarum
in Gallis instituta, Magno Eleemosynario
dicti Regni in spiritualibus subiecta esse no-
scentur, illorumque Moniales uti a Super-
iore, qui oculos in eas, ut deceret, inten-
dat, remotae quandoque cum Populi scan-
dalo, divinique cultus, & earum salutis
detrimento, disciplinam, & instituta regu-
laria, quibus votis adstrictae existunt, rela-
xare videantur; Tu vero qui praedicti Re-
gni Magnus Eleemosynarius existis, provi-
de considerans, Te, & pro tempore exis-
tentem Magnum Eleemosynarium ipsius
Regni propter locorum distantiam tantis
Monialium Monasteriis invigilare non pos-
se, & ob defectum alicujus Jurisdictionem
in eis exercentis diversa incommoda, abus-
us, & etiam disciplinae hujusmodi relaxa-
tionem irreperere posse, illisque salubri ali-
qua ratione obviare opere pretium existere
Monasteria ipsa, illorumque Moniales infra-
dictis dumtaxat exceptis ab Eleemosynarii
pro tempore existentis Jurisdictione perpetuo
eximi, ac liberari, ac Dioecesanorum
Jurisdictioni subiecti summopere desideras,
quare nobis humiliter supplicari fecisti, qua-
tenus votis tuis in praemissis opportune pro-
videre de benignitate apostolica dignare-
mur.

§. 2. Nos igitur te specialibus favori-
bus, & gratis prosequi volentes, hujusmodi
supplicationibus inclinati omnia, & singula
Monasteria, loca, & Hospitalia, in quibus
dictae Moniales reperuntur, ac eisdem Mo-
niales, illarumque Ministros, famulos, &
personas, praeterquam in Civitate Parisiensi,
& illius Suburbii consistentia, quae sub praesenti
exemptione propter viciniam, &
dicti Eleemosynarii residentiam nullatenus
comprehensa esse censentur, sed ejusdem
Eleemosynarii Jurisdictioni perpetuo, ut
prius, subiecta remaneant, ab omni, &
quacumque Jurisdictione, superioritate,
visitatione, correctione, & obedientia, nunc,
& pro tempore existentis ipsius Regni ma-
gno Eleemosynarii de consensu charissimi
in Christo filii nostri Ludovici Francorum
Regis Christianissimi, perpetuo apostolica
auctoritate, quoad spiritualia, eximimus,
& liberamus; illaque sic exempta, & liberata
Dioecesanorum locorum pro tempore exis-
tentis, omnimoda Jurisdictioni, & superiorita-
ti, visitationi, correctioni, & obedientiae, ita ut
deinceps perpetuis futuris temporibus Dioe-
cesani locorum hujusmodi, illa quisque
videlicet in sua Dioecesi, & districtu visita-
re, & corrigere possit, & debeant in om-
nibus, & per omnia, perinde ac si nunquam
dicti Eleemosynarii Jurisdictioni supposita
fuisset, & ab eorum institutionis exordio
Dioecesanorum locorum superioritati, vi-

Causa Mo-
nialium Hospi-
talarum Epi-
scopi subji-
cendi.

Gregorius ita
que eas ex-
mens a juris-
dictione M.
Sacellani Re-
gii, ordinatio-
nem jurisdi-
ctioni in spi-
ritualibus sub-
de Parisiensi
exceptis.

sitationi, & obedientiae, quoad spiritualia
subiecta existissent, auctoritate, & tenore
praemissis, perpetuo subiectimus, submitti-
mus, & supponimus, ac ex nunc in posse-
tuum subiecta, submissa, & supposita esse,
& fore.

§. 3. Praesentes quoque literas semper
validas, & efficaces esse, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac singulis Dioecesanis praedictis
suffragari; sicque per quoscumque Judices,
& causarum Palatii Apostolici Auditores,
ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardina-
les, & de latere Legatos, & Vice Legatos,
Sedisque Apostolicae Nuncios judicari, &
desiniri debere, ac quicquid fecus super his
a quocumque quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari, irritum,
& inane decernimus.

§. 4. Non obstant. Constitutionibus, & Or-
dinationibus Apost., nec non Monasterio-
rum, locorum, & Hospitalium hujusmodi in-
stitutionibus, & statutis, & juramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate,
alia roboratis Statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, Indultis, & literis Apo-
stolicis, illis, ac dilectis filiis eorum Super-
ioribus, & personis, sub quibuscumque
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-
que efficacioribus, efficacissimis, & insolitis
clausulis, irritantibus, & aliis Decretis
in genere, vel in specie, & Motu proprio,
& consistorialiter, ac aliis in contrarium,
forsan quomodolibet concessis. Quibus
omnibus, etsi de illis, eorumque totis teno-
ribus specialis, specifica, & expressa, & in-
dividua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clausulas generales mentio, seu quavis
alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-
quisita forma tradita ad hoc servanda foret,
illis aliis in suo robore permanentibus, hac
vice dumtaxat harum serie specialiter, &
expresse derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

a. 5. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat, hanc paginam nostrae exemptionis, li-
berationis, subiectionis, submissionis, sup-
positionis, & Decreti, ac derogationis in-
fringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare praesumpserit,
indignationem Omnipotentis Dei, & Be-
atorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se
noverit incursum.

Datum Tusculi Anno Incarnationis
Dominicae, millesimo sexcentesimo vigesi-
mo secundo, Pridie Kalendas Julii Pontifi-
catus Nostri Anno II.

Clausula ad
praefatum li-
terarum fir-
mitatem.

Derogatio
contrariorum

Clausula pon-
tialis.

Dat. die 30.
Junii 1622.
An. II.

Re-

L X I I I.

Revocatio quarumcumque concessionum
viva vocis oraculo factarum, exceptis
oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, &
eorum manu firmatis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Romanus Pontifex in specula militantis
Ecclesiae divina providentia constitu-
tus, gratias, & Indulta a se, & Praedecessoribus
suis concessa, iustis interduum suaden-
tibus causis, juxta creditum sibi Pastoralis
Officii debitum moderatur, aut revocat,
prout rerum, & temporum qualitatibus
debite pensatis, conspicit in Domino salu-
briter expedire.

§. 1. Itaque Motu proprio, & ex certa
scientia, ac matura deliberatione nostra,
deque apostolica potestatis plenitudine,
omnia, & singula Indulta, facultates, pri-
vilegia, gratias, & concessionem quascum-
que spirituales, & ecclesiasticas tam ad for-
mum interius, quam ad exterius spectant., ac
tam ad applicationem partium, quam
motu, scientia, & potestatis plenitudine si-
milibus, a Sede Apostolica, quae tamen
viva vocis oraculo hactenus quodcumque,
& qualitercumque, ex quavis etiam
de necessitate exprimens causa, quibusvis
Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Men-
dicantium, quam non Mendicantium, So-
cietatibus, etiam Societati Jesu, ac Con-
gregationibus quibuslibet, five eorum, &
eorum respective Praepositis, Decanis, Ma-
gistris, Ministris, Praelatis, Prioribus, Re-
ctoribus generalibus, vel Provincialibus,
aut aliis quocumque nomine nuncupatis
Superioribus, etiam quomodolibet exem-
ptis, ac Sedi praedictae immediate subiectis,
cujuscumque dignitatis, praesentiae,
aut quovis privilegio munitis, non tamen
ad applicationem Regum concessas, in iis
videlicet, quae non sunt sortita effectum, te-
nere praesentium revocamus, cassamus,
tollimus, abrogamus, & annullamus, ac
revocata, cassata, sublata, abrogata, & an-
nullata, viribusque, & effectu vacua per-
petuo fore, & esse, neque in posterum cui-
quam suffragari posse, vel debere, neque
aliquem iis de cetero, uti nullo modo posse,
etiam si expressa, & specifica mentio, etiam
de verbo ad verbum, de iis facienda esset,
decernimus, & declaramus.

§. 2. Firmis tamen, & in suo robore
permanen. omnibus indultis, & aliis con-
cessionibus praedictis, viva vocis oraculo
S. R. E. Cardinalibus ad ipsorum, vel alio-
rum quorumcumque favorem, propria
S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ip-
sis, vel aliis factis, & de quibus iidem San-
ctae Romanae Ecclesiae Card. testimonium in
scriptis praebuerunt.

§. 3. Decernentes, praesentes literas, &
in eis contenta quaecumque, etiam ex eo
quod quicumque in praemissis interesse ha-

Exceptio de
qua in Ru-
brica similiter
dicitur.

Clausula
praeservativa.

bentes, seu habere praetendentes, ad hoc
vocati, & auditi non fuerint, de subreptione
nostrae, seu alio quocumque defectu no-
tari, impugnari, redargui, ad jus, vel con-
troversiam revocari, ad terminos juris re-
duci, aut adversus illas, quodcumque ju-
ris, gratiae, vel facti remedium impetrari
nullatenus posse, sed illas semper validas,
& efficaces existere, & fore, suosque plen-
arios, & integros effectus sortiri, & obti-
nere.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices
ordinarios, & delegatos, etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E.
Cardinales, etiam de latere Legatos, &
Nuncios, sublata eis, & eorum cultibus
quavis aliter judicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate judicari, & desini-
ri debere, ac irritum, & inane, si fecus su-
per his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstant. praemissis, ac quibus-
vis Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, privilegiis quoque, Indultis, & literis
Apostolicis Ordinibus, Societatibus,
& Congregationibus praedictis, eorumque
Praepositis, Decanis, Magistris, Ministris,
Praelatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Su-
perioribus praedictis, sub quibuscumque
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam
derogatoriis derogatoriis, aliisque effi-
caciioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus
& aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias
in contrarium praemissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, etiam si pro illo-
rum sufficienti derogatione de illis, eorum-
que totis tenoribus specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quavis alia expres-
sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma
ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi,
praesentibus pro plene, & sufficienter expres-
sis, & ad verbum insertis habent, illis
aliis in suo robore permanentibus, hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut praesentium
transumptis, etiam impressis, manu alicujus
Notarii publici subscriptis, & sigillo
alicujus personae in dignitate ecclesiastica
constitutae munitis, eadem prorsus fides ad-
hibeatur in iudicio, & extra illud, quae praesentibus
adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

§. 7. Quodque eadem praesentes literae,
seu illarum exempla ad valvas Basilicarum
S. Joan. Lateranen., ac Principis Apostolo-
rum de Urbe, & in acie Campi Florae affi-
xae, omnes ita arctent, & afficiant, ac si
unicuique personaliter intimatae fuissent.

Datum Romae apud S. Mariam Major-
rem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii
1622. Pont. Nostri Anno II.

Clausula sub-
lata.

Clausula de-
rogatoria.

Transumptio-
rum fides.

Publicatio in
Urbe omnes
ligatae decer-
nit.

Dat. die 2.
Julii 1622.
An. II.

Cor-

Contra Hæreticos in locis Italiae, & Insularum adjacentium quovis prætextu commorantes, eorumque fautores.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis Beati Petri Apostolorum Principis Successoris munus exigit, ut pro incumbente Domini gregis cura, & solitudine, Prædecessorum suorum Constitutiones, eas præsertim, que ad Sacrosanctæ Fidei Catholicæ conservationem pertinent, quo suum perpetuum fortiantur effectum, & inviolabiliter observentur, innovet, & extendat, prout rerum, & temporum qualitatibus debite compensatis, conspiciunt in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem a fel. record. Clemente VIII. Prædecessore nostro emanantur literæ tenoris subsequenti, videlicet. *Cum sicut non sine &c. Omittitur residuum quia habes Tom. V. Par. II.*

§. 2. Nos inviolabili dictarum Clementis literarum, & in eis contentorum quorumcumque observationi, quantum Nobis ex alto conceditur, per amplius providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, Clementis Prædecessoris literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illasque innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus.

§. 3. Insuper ne ullus Hæreticus in locis Italiae, & Insularum adjacentium, neque etiam sub commercii, mercationis, aut alio quovis prætextu domicilium contrahere, seu Domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seu habitari, aut morari possit, earumdem tenore præsentium prohibemus, ac respective statuimus, & ordinamus.

§. 4. Contra prohibitioni autem, ac statuto, & ordinationi nostris hujusmodi non parentes, seu contravenientes, cujusvis status, gradus, ordinis, & dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam secularis existentes, juxta formam juris procedatur, & puniantur.

§. 5. Et simili modo eos, qui Hæreticos prædictos receptaverint, eisque quoquo modo contra præsentium literarum tenorem, favorem, opem, seu auxilium præbuerint, uti fautores, & receptatores hæreticorum puniri.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter

Clem. VIII. edic. Con. CXXX. Tom. V. Par. II. fol. 112.

Hinc Pont. illam omnino præcipit observari.

Et plenius modo dispositio contra hæreticos.

Contravenientes puniuntur.

Horum fautores uti hæreticos puniri jubet.

Et ita, & non aliter judicari mandatur.

contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

§. 7. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense: quodque eadem præsentibus post duos menses a die illarum publicationis computandos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arceant, & afficiant, perinde ac si univique personaliter intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris, sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1622. Pont. Nostri Anno II.

LXV.

Impositio Decimarum pro Republica Venetorum ratione Belli contra Turcas.

Ven. fratri Ludovico Episcopo Montisfalconen. moderno, & pro tempore existenti Nostro, & Sedis Apostolicæ in Dominio Venetorum Nuntio.

GREGORIUS PAPA XV.

Ven. Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sacrosanctæ militantis Ecclesiæ regi- mini per abundantiam divine gratiæ, nullo licet meritorum suffragio, præpositi, inter graves sollicitudines, quibus pro credito Nobis apostolicæ servitutis officio assidue premimur, ea est præcipua, quam continua pericula, atque discrimina, quæ a nefario Christi nominis hoste Turcarum tyranno Principibus, & Populis Christianis nunquã non impendent, Nobis conficit; Quæ propter etiam Domini Dei exercituum, qui sponsam suam Ecclesiam sanctam protegit, præsidio potissimum confidamus, cogimur tamen pro debito pastoralis muneris in id omni cogitatione, omnique cura incumbere, ut provisionis nostræ ministerio adhibitis Catholicorum Principum viribus, mala hujusmodi procul a Populo Christiano arceantur.

§. 1. Cum vero plus satis constet, eundem impium Turcarum tyrannum nihil avidius querere, quam Christianos Populos invadere, & Christianam Religionem exterminando abominationem suam plantare, ac propagare, ejusque vires, nostris facientibus peccatis, malo nostro admoniti, cogamur timere, omnique cura, & solitudine præcavere, multoque magis Castra Domini custodire, & præmunire nos oportet hoc tempore, cum ab expeditione contra Christianos multis annis abstinuerit, eos verisimile sit diutius non cessaturum, sed

Quibuscumque non obstantibus.

Publicationis in Urbe obligare decernit.

Dat. die 2. Julii 1622. An. II.

Ex Regg. in Secret. Breu.

Proemium.

Causa Decimarum impositæ.

sed ejus potius diu compressam rabiem, vehementius erupturam. Quod malum Nos paternæ sollicitudine jam dudum metuentes pro officii nostri debito Venetorum præcipue nobilissimam Rempubliam, quæ hostibus maxime exposita esse dignoscitur, non semel in Domino cohortati sumus, ne insidiarum plena cum impiis pace, quibus non est pax, consideret, sed prudenter caveret, suasque Arces, Portus, & loca muniret, classem, & alia ad bellum necessaria compararet, & paratam haberet. Cum autem ingentes sumptus hæc res postulet, se re: Clementis VIII., & Pauli V. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, eam Rempubliam id enixe flagitantem ecclesiasticis auxiliis prompto, libentique animo adjuvan. decrevimus, attendentes non solum Nos ejus unius saluti, verum, etiam multorum, ac omnium Italiae Populorum incoluntati consulere, cum ipsa sit magnum totius Italiae munimentum, ac firmissimum Maris Adriatici propugnaculum. Quamobrem æquum, & rationi consentaneum esse duximus, eidem Rempubliæ eorundem Clementis, & Pauli Prædecessorum exemplo, subsidio decimarum ex fructibus, & redditibus totius Cleri ejusdem Status Venetorum pro eisdem usibus ad certum tempus attribuendo subvenire, firmam in Domino fiduciam habentes fore, ut ea Rempubliæ hac testificatione paternæ voluntatis erga se nostræ, non solum sese munitam, & pro re nata ad resistendum communi hosti paratam in dies magis conservet, sed etiam ad pristinas belli vires resumendas, contra eundem Turcarum tyrannum excitetur, ut ille Christianorum armis ab Europæ sinibus aliquando detrudatur.

Impositio decimarum a Clero tam seculari, quam regulari perfolvenda.

§. 2. Nos igitur istis, aliisque gravissimis, & justissimis de causis moti, motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine nostris, tenore præsentium indicimus, & imponimus sexdecim Decimas integras omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum quarumcumque Ecclesiarum Patriarchalium, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præpositatum, Præceptoriarum, Canonatarum, Præbendarum, Dignitatum etiam majorum, ac principalium, personatum, administrationum, & officiorum, cæterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensium, Cisterciensium, Premonstratensium, S. Basilii, Sylvestrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio apostolico, vel alias possident, Mendicantium, & quorumvis aliorum Ordinum utriusque sexus, & Congregationis, non tamen earum, quæ inferius descriptæ sunt, ac Militiarum Regularium in universo dominio dictæ Rempubliæ Venetorum existentium. Ac insuper alias sexdecim Decimas omnium, & quarum-

cumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & proventibus supradictis assignatarum, & assignandarum ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, cæterisque cujuscumque status, gradus, dignitatis, & conditionis personis, exceptis dumtaxat Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non dilectis filiis Fratribus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac Fratribus Mendicantibus prædictis, & insuper Beneficiis Ecclesiasticis Officio Sanctæ Inquisitionis hæreticæ pravitatis in dicto Dominio instituto unitis, annexis, & applicatis, quos Cardinales, ac Fratres Hospitalis prædicti, ac Beneficia prædictæ Inquisitionis Officio unita in totum; Fratres vero Mendicantes pro mediocritate dumtaxat ab eisdem Decimis, & illarum solutione immunes, & exemptos esse volumus, & decernimus; Ecclesias, Monasteria, & Beneficia, ac pensiones, seu fructus, aut illorum partem hujusmodi in eodem Dominio quocumque jure, ac titulo obtinentibus, & obtenturis, nec non ab universis etiam Economicis, Commendatariis, atque Administratores perpetuis, & temporalibus, usufructuariis similiter fructus omnes, vel illorum partem loco pensionum annuarum, vel pensiones, & alia hujusmodi jura ex quacumque auctoritate apostolica in toto, vel in parte reservata habentibus, & habituris, sive secularibus, sive quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Militiarum prædictorum Regularibus, & ab ipsis etiam Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, personis, Collegiis, militis, massis, & locis prædictis quacumque amplissima, & firmissima exemptione, & immunitate reali, personali, vel mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua etiam ex titulo quantumvis oneroso sustatis integraliter, & cum effectu numerandas persolvere, & consignare. Ulterius supradictis de causis, ac exemplo Clementis, & Pauli Prædecessorum prædictorum adducti, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus imponimus, & indicimus novem Decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum ad Cassinensium, alias Sanctæ Justine de Padua, Lateranensem, Cartusien., Montis Oliveti, S. Salvatoris, Camaldulensem, S. Mariæ Vallis Umbrosæ, S. Georgii in Alga Venetiarum, Cœlestinorum, Cisterciensium, Provincia Lombardiæ, Cruciferorum, & Sancti Hieronymi Congregationes, earumque Monasteria, Abbatiales, vel Conventuales, aut alias mensas, Prioratus, Præceptorias, Præposituras, Beneficia, & officia cum cura, & sine cura, membra, grangias, & alia loca illis annexa in dicto Dominio consistentia quovis modo pertinentia solven. etiam per ipsas Congregationes, earumque Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conventus, Capitula, & personas ultra subsidia montis Religionis, & quadringentorum millium scutorum, & quartæ partis eorundem fructuum, reddituum, & pro-

& proventum, & alia onera, quæ per Sedem Apostolicam eis imposita, aut alias persolvunt, seu persolvere promiserunt, similiter numerant, & persolvendas, & consignan, secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, & proventuum, & ad hunc effectum licet se; re: Pius Papa V. nonnullis tunc causis adductus, & Clemens, ac novissime Paulus Prædecessores nostri prædicti, & ex aliis tunc expressis causis eandem Congregationes a Decimis super fructibus, & redditibus Ecclesiasticis deinceps ubivis etiam in Dominio Venetorum, & ex quacumque causa imponendis liberat, & immunes fecerint, pari motu, scientia, auctoritate, & de apostolice potestatis plenitudine quoad fructus, redditus, & proventus ad ipsas Congregationes, & quamlibet earum in dicto Dominio Venetorum spectantes, immunitates, exemptiones, ac omnes, & quoscumque contractus, scripturas, conventiones, transactiones, concordias, pacta, instrumenta, obligationes etiam in forma Camera Apostolica, & juramento, vel alia quavis firmitate roborata præsertim inter Pium, & Clementem, ac Paulum Prædecessores prædictos, & Camera Apostolicam, & pro ea S. R. E. Camerarium, vel Thesaurarium generalem, aliove quoscumque tunc existentes, & eisdem Camera Ministros quantumvis ampla, & sufficienti facultate ad præmissa facien, suffultos ex una, & Congregationes ultimo dictas, illarumque Procuratores ex altera partibus, ac omnia, & quacumque privilegia, indulta, libertates, exemptiones, immunitates, hac de causa in hunc usque diem eisdem Congregationibus etiam ex causa, & titulo oneroso concessa, hac vice dumtaxat, & ex causis supradictis, suspendimus, ac ipsas Congregationibus quoad novem decimas prædictas hac vice, ut præfertur, suffragari volumus; illa vero alias in suo robore permanere decernimus, ipsaque Congregationes ex gravissimis causis prædictis novem decimis hujusmodi oneramus cum ceteris secularibus, ac regularibus Clericis personis ejusdem Domini Venetorum sexdecim, ut præfertur, indixerimus, tali nostre impositioni acquiescere, ac tacitas, & contentas esse volumus.

Per octo annos hujusmodi Decime persolvende.

§.3. Universas vero, & singulas personas quavis dignitate, vel auctoritate fungentes, tam supradictas Ecclesias, Monasteria, & Beneficia quomodolibet obtinentes, ac pensiones, seu fructus, aut earum partem sibi, ut præfertur, reservatas percipientes, quam ultimodictas Congregationes, & eorum unumquemque, tam conjunctim, quam divisim ad hujusmodi decimas in octo annis binas videlicet decimas dumtaxat quolibet anno, & quoad ultimo dictas Congregationes singulas tantum decimas cum una octava parte alterius decimæ, quoad dictos autem Fratres Mendicantes singulas similiter decimas quotannis durante ostennio die 2. Junii proxime præteriti, qua ultima concessio expirat, computan., & ut sequitur, finien. in cæcis terminis per te præ-

figendis integre persolveren. efficaciter teneri, & vere obligatos esse, iisdemque pensionariis, aut eorum alicui pensiones annuas prædictas quantumlibet exemptas, & sub quibusvis obligationibus etiam in forma Camera, & Juramento, etiam de non contravenien., & forsan de non impetran. gratias nostras contra eos, & de non utendo concessis firmatas, aut alias vallatas, & forsan aliis cautelis, & decretis munitas, causam donationis super iisdem fructibus, & pensionibus, etiam medio Gedarum Banchi, seu in forma depositi habentibus, & intra octo annos prædictos habituris, etiam ipsi, a quibus pensiones hujusmodi solven, sunt, juri, & actioni petenda, vel retinenda portio, aut rata partis pensionarios tange. jure jurando renunciaverint, ulla privilegia, aut indulgentias sub quacumque verborum forma, aut expressione concepta quo ad hoc nullatenus suffragari volumus; Sicque, & non aliter in prædictis universis, & singulis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.4. Ut autem hujusmodi decimæ facilius exigantur, fraternitatem tuam, ac Ven. Fratres Patriarcham Venetiarum, & Episcopum Vicentin. ad dictas decimas exigendas, Ducique, & Dominio prædictis, sive ejus Ministris ad id specialiter deputatis statim nulla interposita mora, & sine aliqua profus diminutione, retentione, aut detractio, etiam non detractis quinque pro centenario Camera nostre prædictæ in exactione talium decimarum applicari consuevis, integre consignandas, earumdem decimarum collectores, & exactores per præsentem constituimus, & deputamus, ac tibi, & Patriarchæ Venetiarum, ac Episcopo Vicentin. pro onere, quod in exactione decimarum hujusmodi sustinebitis, quatuor millia scuta auri in auro ex eisdem decimis detrahenda, & illorum medietatem inter vos pro æquali portione, & quolibet anno ejusdem ostennii pro rata distribuend., & dividend., reliquam vero medietatem subcollectoribus, & aliis exactoribus, ac Procuratoribus ad eandem decimas colligendas deputatis etiam quolibet anno pro rata habita ratione laboris, & amplitudinis cujuscumque Civitatis, & Diocesis loco salarii, seu stipendii, & mercedis assignan., & distribuendi, ita tamen, ut non quotannis hujusmodi quatuor millia scuta, sed in toto ostennio integra summa eorundem quatuor millium scutorum pro rata quolibet anno detrahatur, ac tam vos, & quilibet vestrum, quam ipsi subcollectores, & alii prædicti ratione fructuum Ecclesiarum, quibus nunc præesse dignoscimini, aut imposterum præfici, vel Beneficiorum obtentorum

Collectorum deputatio.

rum, aut quæ obtinere, nec non fructuum, & pensionum, reservatorum, & assignatarum, quos, & quas vobis assignari posthac contigerit, decimas ipsas pro vestra, & illorum rata, & illorum quemlibet tangente integre, & realiter persolvere omnino teneamini, & dicta assignatione, & distributione contenti esse debeatis, nec quidquam aliud vos, & vestrum quilibet prætere posse, tibi, & aliis prædictis a dictis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Capitulis, Conventibus, & aliis personis supra expressis exceptis, eandem decimas, ut præfertur, per Nos impositas petendi, exigendi, & colligendi, eisque, tam in genere, quam nominatim, & in specie, ut illas solvant, sub privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, aliique prout Nobis videbitur, pœnis etiam pecuniariis, ac demum per sententias, & censuras ecclesiasticas mandandi, & præcipiendi, & pro earumdem decimarum faciliiori exactione unum, vel plures subcollectores, qui in dignitate ecclesiastica constituti sint, pari ac tu, vigore presentium facultate fungantur per locorum Ordinarios in quacumque Civitate, & Diocesi, & loco sibi subiecto pro tempore deputatos approban., & si quis ex ipsis Ordinariis intra aliquem brevem terminum vestro arbitrio præfign, viros idoneos ad id deputare neglexerit, tibi etiam sine illorum consensu vestro arbitrio, illos libere deputan., & deputatos amoven., aliove eorum loco, toties quoties tibi videbitur, substituendi, & subrogandi, ac solvere recusantes, & differentes; & generaliter Contradictores quoslibet, & rebelles, & ne decimæ hujusmodi solvantur persuadentes directe, vel indirecte, per ipsas censuras ecclesiasticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendi, auxiliumque brachii secularis contra eos ad hoc, si opus fuerit, invocan.: Solventes vero de solutis quietandi, & liberandi, a censuris, & pœnis, quas dicta occasione quomodolibet incurrerint, absolvendi, ac generaliter omnia, & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, ordinandi, mandandi, & exequen. plenam, & liberam, auctoritate, & tenore prædictis, facultatem concedimus, & potestatem.

§.5. Non obstantibus regula nostra de non tollendo jure quesito, ac aliis quibusvis apostolicis, ac etiam in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contractis quibuscumque. Aut si ipsis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Capitulis, Conventibus, Congregationibus, & aliis personis prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad solutionem alicujus decimæ non teneantur, & ad id compelli, aut quod in Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Collectorum facultates.

Darogatio contrariorum.

terdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel ultra certa loca ad Judicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, & exemptionibus, etiam in corpore juris clausis, ac literis apostolicis quibuscumque dignitatibus, seu ordinibus specialiter, vel generaliter sub quacumque verborum forma expressis, etiam si motu proprio, ac de apostolice potestatis plenitudine, & consistorialiter, ac etiam in vim contractus emanaverint, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ad verbum habenda esset mentio specialis, quæ eis quoad præmissa volumus in aliquo suffragari.

Decreta Concilii Viennensis servanda.

§.6. Volumus autem, quod iuxta ordinationem in Concilio Viennensi super hoc editam, calices, libri, & alia ornamenta Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, & aliorum piorum Locorum divino cultui dedicata ex causa pignoris, vel alia occasione solutionis decimarum hujusmodi, nullatenus capiantur, distrahantur, vel occupentur; Quodque presentium literarum transumptis tuo, vel alterius Prælati ecclesiastici sigillo, & publici Notarii subscriptione munitis, eadem pro fusus fides adhibeatur in Judicio, & extra, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Dat. die 2. Julii 1622. An. II.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Julii 1622. Pontificatus nostri Anno II.

LXVI.

Episcopo Adurensi committitur regimen Monasteriorum Monialium Reformatarum Ordinis Sancti Benedicti in Gallia Regno, in locum Archiepiscopi Senonensis.

Ex Regest. in Secreti. Breve.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias a Nobis emanarunt literæ tenoris subsequenti videlicet: Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam. Ad militantis Ecclesie regimen, divina dispositione, meritis licet imparibus, eveni, illud præceteris curandum proposuimus, ut Religiosorum ordines ad pristinam cujusque regularis eorum instituti normam, quantum eum Domino possumus, reduceremus, & propterea, qui sua sponte religionis, & arctioris vitæ zelo ducti, pristina regulæ, quam suæ religionis auctores susceperunt, observantiam amplecti, & de cætero sectari desiderant, eisdem non solum in eorum proposito confovere, sed etiam opportunis favoribus, & gratis profœqui solemus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum Rex

Referre præcedentes literas, quibus nonnullis honorum Monasteriorum curam commiserat.